Quelle: http://manuscripta.at/?ID=944
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ut tyrannus moreretur elegit. nam continuo ut creatus occisus est. Quod de
infelicissimo attalo loquar: cui occidi inter tyrannos honor et mo
ri lucrum fuisse. In hoc alaricus imperare facto. infecto. refecto. ac de
fecto. citius his omnibus actis pene quam dictis nimium risit. et ludum spec
tavit imperii. Nec mirum si iure hac pompa miser usus est. cuius ille um
bratilis consul pertollens usus incuria est dicere. Loquar vobis patres
conscripti. consul et pontifex. quod alterum iam teneo. alterum spero.
sperans habeo qui spem suam posuerat in homine. Attalus itaque in ane
imperii sui simulacrhum cum gothis usque ad hyspanias portatus est. unde
descendens navi incerta moliens in mari captus. ad constantium co
mitem deductus. deinde imperii honorio exhibitus. truncata manu
vite relictus est. Heraclyanus interea affrice comes missus. cum idem
attalus. umbram gestaret imperii. affricam strenue adversus iudices
abeo missos tutatus consulatum adsecutus est. Quo elatus super cilio sabi
num domesticum suum. virum ingenio callidum. industriaque sollertem
et sapientem nominandum. si animi vires tranquillis studiis accommo
dasset. generum allegit. cum quo quoque dam periculose suspiciones dum
patitur fecit. atque aliquandiu affricana annona extra ordinem de
tenta. ipse tandem cum immensa certe temporibus nostris satis incredi
bili classe navium romam contendit. Nam habuisse tunc .iii. et septin
gentas naves dicitur quem numerum nec apud xersen quidem preclarum
illum persarum regem. et alexandrum magnum. vel quem quam alium fuisse re
gum hystorie ferunt. Is simul ut cum agmine militum ad urbem
pergens litore egressus est. occursu comitis marini tertius et in fugam
versus. arrepta nave solus cartaginem rediit. atque ibi continuo mi
litari manu interfectus est. Sabinus generei constantinopoli fugit. unde
post aliquantum tempus retractus. exilioque dampnatus est. Nunc omnem katalogum
ut dixi vel manifestorum tyrannorum vel inobedientium ducum optima honori
imperatoris religione et felicitate meruit. magna constantius comes indus
tria et celeritate confecit. Merito sane quia in his diebus precipiente
honorio. adiuvante constantio. pax et unitas per universam affricam ec
clesie catholice reddita est. et corpus xpi quod nos sumus redintegrata
discussione sanatum est. imposita executione sancti precepti marcellino tri
buno bono viro in primis prudenti et industrio omniumque bonorum
studiorum appetentissimo. quem marius comes apud kartaginem incertum

spe qui non habebat. et maledictus utique